

mentem, ab eterno creatam (ut creati nihil repugnat) transire a non ente & nihilo, ad esse; quod absurdum est, cum ad talem transitum satis sit ex propriis meritis debere rei creatae statum nihili, & potius per totam aeternitatem, vel ad tempus, in eo detineri. Quid vero horum deest futuris quibuscumque a Deo praeficitis ab eterno, ut illis non minus transitus a possibili ad futurum competat, quam ut rebus ab eterno creatis transitus a nihilo ad esse; cum revera eadem res quae modo dicitur futura, poterit esse sub statu rei pure possibilis, & talis status ei debeat.

116 Non minus absurdum est quod asserit idem Auctor, ad transitum actus liberi de possibili ad futurum, sufficere indifferentiam causae ad utrumlibet, quae supposita, putat perinde securitatem actum liberum, sicut ex possibilitate igitur, cum providentia illius naturae accommodata, futura est caelestis. Quid enim incredibilius, perinde a voluntate sui determinativa, nulla nec a se nec a Deo determinatione praevia, oritur qui certo sciatur actum liberum, sicut ab igne stupae applicato calefactionem; ut enim ait S. Thomas 3. contra Gentes cap. 2. Quod indifferenter se habet ad multa, non magis unum operatur, quam aliud; unde a contingente ad utrumque non sequitur aliquis effectus, nisi per aliquid quo determinatur ad unum. Unde merus est paradoxus, ejusdem Auctoris argumentatio pro veritate conditionatorum ante decretum Dei, ex comparatione causae necessaria ad liberum. Qua ratione (inquit) se habet causa necessaria & determinata ad effectum absolute & conditionate futurum, ita se habet causa libera, ut est sui determinativa: Atqui ex illa consequitur effectus determinatus, & hoc certo scitur a Deo ante decretum: Ergo pariter ex causa libera, & sui determinativa, consequitur effectus certo futurus, & sciens a Deo ante decretum. *Mittimus est facti* (inquit P. Baronius lib. de libert. humana, & gratia divina) a duobus extremis adhaerentibus, perisse simulque eorum adhaerentibus, ut videlicet illarum, utrumque erit quodlibet ex quolibet facti. A causa necessaria debetur effectus necessarius, quia nec potest aliter, nec quidem unum agere: causa vero libera & sui determinativa, potest utrumlibet; nec ex adversariis potest quidem certum se illi fieri, in qua parte praesentia inclinet, nec scietur fuerit dubium callens sua praesentia effectus: & hinc si superius placet aquatim effectui ex causa necessaria & determinata consentio: Certe haec Adversarii consequentia (ut Cajetanus alia occasione dixit) nunquam trahitur ex antecedente posito, etiam si centum hominibus pariter adhaerentur.

117 Secundum argumentum, Futura conditionata, qualia extant in Scriptura, de conversatione Tyrionum, factis apud ipsos miraculis; quae edita fuerant apud Judaeos, de proditione Davidis a Ceilitis faciendi; & apud ipsos moratur, dum Saul accessisset, & alia id generis futurorum conditionatorum, habent veritatem certam, scitam a Deo, quae ad liberum ordinem pertinet, & distinguatur a veritate quae inest hujusmodi rebus, ut pure possibilibus, aut ut futuris sub disjunctione: Sed hujusmodi veritatis, aut ut liberis, & distinctae a veritate possibilium, aut ut sub disjunctione futurorum, nulla potest dari alia causa, nisi actuale Dei decretum, ex parte subiecti seu potentiae absolutum, & conditionatum ex parte objecti: Ergo hujusmodi futura non possunt cognosci ut veritatis, nisi in decreto actuali, subindeque excludenda est scientia media ad hoc inducta, ut ante decretum actuale hujusmodi futura cognoscantur. Major est evidens. Minor vero, in qua est difficultas, sic ostenditur. Causa veritatis quae hujusmodi conditionatis inest, non potest esse decretum indifferens quod fingant Adversarii in Deo, pro sumo antecedenti scientiam medium, cum tale decretum sit commune ad veritatem possibilem, & futuri effectus, & quod nullis est commune, non possit esse causa differentiationis & determinationis: neque etiam decretum actuale posterius, pendens a praevisione futuri consensus voluntatis creatae, cum posterius non possit esse causa prioris: Ergo necessario recurrendum est ad actuale decretum prius, praedestinativum futuri, quod sit causa prima & propria hujus veritatis; & nisi ad illud recurratur, sequitur dari aliquid horridum in tota Theologia & Philologia, nimirum statum illum futuri determinate, distinctum a statu possibili, aut futuri disjunctive, cui nihil in Deo respondeat, a quo efficiatur, ut quod participet, ut recte dicitur Joannes a Sancto Thoma disp. 14. art. 4. Unde immerito dicit P. Annatus, non videri probabiliter hujus consequentiam, nec satis digestam hanc ratiocinationem: hic enim dicitur clarissimus est, & nihil indigestum habet, nisi stomacho debili, aut fastidienti.

118 Idem argumentum fute & erudite prosequitur Ildephonus Michael Tomo 1. in 1. part. q. 14. dub. 3. cap. 4. ubi sic dicitur: Objectum aliquod creatum transire de statu possibilitatis, & accedere aliquando ad statum existentiae, & futuritionis, est una mera possibilitas, & quod hoc fiat sine influxu, & interveniu, & voluntate prima causa, quid in-

intelligibile & imperceptibile est. Et hoc asseritur in ista scientia media ab ejus Auctoribus: nam futurae illa conditionata, sicut in statu futuritionis conditionatae, ac per consequens existunt a statu mere possibilitatis, & hoc sine interveniu, vel influxu, vel causalitate prima causa. Item in tali objecto futuro conditionate reperitur determinatio veritatis, & applicatio ad veritatem, cum tamen de se talia objecta sint indifferenteria & indeterminata, & possunt habere & veritatem & falsitatem; & tamen prima causa nullum influxum habuit in tali determinatione & applicatione. Est autem prima causa, etiam prima veritas: & veritas reperitur in tali objecto futuro conditionate, est veritas secunda, creata & participata, a quo ergo est participata haec veritas, si non a prima veritate, & a prima causa? A quo extraxit hoc objectum a mera possibilitate, & introduxit in aliquam futuritionem, scilicet conditionatam, si a prima causa non est extraxit? Quis hoc percipiet, vel cui hoc non difficile apparebit? Et quod pejus est, Deum ipsum intrinsece determinat, & quasi applicat haec talia objecta scientia media: nam cum in Deo intelligatur indifferenteria ad praesentandum vel consentium vel dissentium, ex objecto creato provenit determinatio intrinseca in intellectu & scientia Dei, ut cujus nunc haec scito intrinsece scientia Dei est representans hanc partem objecti creati, potius quibus alienam, & est potens objectum creatum determinare Deum ad aliam intrinsecam representationem, eodem passu quo tale objectum, & liberum nostrum arbitrium, est potens ut dissentiat quando consentit, vel ut consentiat quando dissentit; & hoc totum Deo nonnullum consentiente, ut approbante, nec annuente, itaque liberum arbitrium creatum habet clavem illius abyssus, quae claudit, vel aperit, ut sibi placeat, ostium illud, quasi mittendo ad hanc vel ad illam partem, sine eo quod indiget ad hoc, vel licentia, vel facultate, vel influxu, vel interveniu ipsius abyssus, &c.

Tertium argumentum contra scientiam medium, potest hinc breviter proponi: Nemo nostrum ita desipit, ut hypothetica judicia simul concipiat cum absolutis: quis enim luculentum Solem videns dixerit, si luceret, sol, illum viderem? aut per manibus habens aut legens Breviarium, diceret, si habereb Breviarium, illud legerem? Atqui similes sunt propositiones hypotheticae, quas assertores scientiae mediae Deo affingunt, ut supra §. 6. demonstratum est, juxta illorum principia, iudicium futurorum absolutorum in Deo est prius, aut certe simultaneum, & nulla ratione posterius iudicio hypothetico: Ergo non videtur absurditate carere, & admittere in Deo hujusmodi iudicia hypothetica, quibus solis constat scientia media.

119 Quartum argumentum: Duobus solum modis interpretari possunt antecedens hujus propositionis hypotheticae. Si Deus concurrat, ille consensus est futurus, quae est objectum scientiae mediae, ut intelligitur de voluntate concurrenti indifferenter ad assensum & dissentium, ut voluit Molina & Suarez, vel secundo ut intelligitur de decreto absoluto, & mere concomitante, ac per extrinsecam Dei causalitatem consistit, ut Vasquez & Arrabal docent: sed quocumque modo intelligatur, evertitur objectum scientiae mediae: Ergo & ipsa perit, cum stare nequeat destructo objecto, & Auctores scientiae mediae, sunt ipsius destructores. Major patet, Minor probatur. Objectum scientiae mediae duo requirit, primo certam & determinatam veritatem: secundo veritatem liberi ordinis, quae non pertinet ad scientiam simplicis intelligentiae: Sed quocumque ex duobus modis recensitis, Antecedens hujus propositionis hypotheticae, si Deus concurrat, ille consensus est futurus, explicetur, utraque vel alterutra ex illis duabus perfectionibus aut conditionibus ad objectum scientiae mediae requisitis tollitur: Ergo & ipsam objectum scientiae mediae. Major est evidens. Minor quod utramque partem suadet. In primis enim si in primo sensu interpretetur concursum Dei, id est voluntatem indifferenter ad cooperandum cum causis secundis, & ab illis determinabilem, tollitur certa veritas futuri conditionatis, cum voluntas indifferens non majorem cum consensu, quam cum dissentio connexionem habeat. Si vero in alio sensu, Antecedens illius propositionis hypotheticae explicetur, tollitur alia conditio ad objectum scientiae mediae requisita, nempe libertas & contingentia, tunc etiam transit in sensum pure necessarium, immo essentialium, & in circulum vitiosum: non minus enim necessarium est, si Deus cum causa secunda operetur, ipsam partem operari, quam si duo homines simul currant, utrumque currere: vel si duo equi simul trahant eundem currum, utrumque simul trahere; correlativa enim sunt simul natura & cognitione, & unum altero sublati subistere nequit; Ergo, &c.

120 Haec est summa argumenti quod fute proponit Joannes a S. Thoma, & quo ait scribit meriti Adversarii, & inde eorum imbrem ingruere. Et certe hoc argumentum difficultissimum est, nec tam argumentum dici potest, quam gemmum in exhaustum argumentorum; plures enim congerit & accumulat difficultates, a quibus nunquam satis sit expeditum Adversarii, licet in omne latet se vertant.

Nam si in primo sensu concursum Dei interpretetur, id est voluntatem indifferenter ad concurrendum ad quocumque creatura voluerit, ut committere exponere solent, manifestum est illum non posse poni ut Antecedens supradictae propositionis hypotheticae; est enim communis lex Dialctica, falsam esse hypotheseum, cujus Antecedens potest esse verum, falso consequente; voluntas autem indifferens, & parata ad assensum & dissentium concurrere, quolibet eorum determinate sublati, subsistere potest. Si vero decretum Dei ponatur pure concomitans operationem liberam voluntatis creatae, & concurrenti causalitate Dei extrinseca, indistincta a concurrenti simultanea, & subinde ab actus causae secunda, non potest exitari circulus iste vitiosus, ac pene negatorius: Res est futura, quia Deus vult, & Deus illum vult, quia futura est.

ARTICULUS VI.

Abstrus & inconvenientibus exploditur scientia media.

121 Plura adduci solent absurda, & inconvenientia, quae sequuntur ex scientia media; nos graviora tantum & clara colligemus.

§. I.

122 Scientia media facere videtur ac viam sleepere errori illi Sempelagianorum, qui asserunt dari in nobis initia quaedam fidei & bonae voluntatis quae non erant a gratia, sed a natura.

123 Probat brevis: Scientia media ponitur ab ejus de-fensoribus, ut Deus ante omne decretum praeviens nostras voluntates, cognoscat an homo pensus sub his aut illis occasionibus, pro sua libertate consenturus, vel dissenturus sit vocationi ad fidem v. g. supposito tamen auxilio de se indifferenti, & moraliter tantum excitante, quod per ipsam consentum reddendum est efficax, si de facto operetur, vel inefficax per dissentium, si nolit operari. Haec est tota ratio scientiae mediae, ut notissimum est legentibus Auctores qui illam docent, & in quorundam disputationibus ita passim affirmant: Sed in hac praesentia sic explicata, involvitur, & divino conspectui offertur, aliquod initium fidei, & bonae voluntatis, quod non est a deo, pro sua imata libertate determinatum gratiam ad consentum: Ergo, scientia media facit & viam ferret errori illi Sempelagianorum, quo asserunt dari in nobis quaedam initia fidei & bonae voluntatis, quae non erant a gratia, sed a natura. Qui error damnatur in Concilio Arausico can. 5. his verbis: Si quis sciat augmentum, ita & initium fidei, non per gratia deum, sed naturaliter in nobis esse dicit, Applicat: Dogmatibus adversariis probatur, Beata Pater dicens, quia qui capit nobis bonum opus, percipit. Major & Consequentia patet, Minor vero, in qua est difficultas, sic ostenditur. Determinatio & pia motu voluntatis, applicantis & moventis intellectum, ad credendum & assentiendum mysteris revelatis, est initium fidei, & quidam creditulitas affectus, ut docent Theologi in Tractatu de fide: Sed talis determinatio, quae per scientiam medium futura sub conditione praeviderit, non supponitur, nec divino conspectui exhibetur, ut futura, ex vi determinationis gratiae, illam causalitatis, & applicantis voluntatis ad illam; sed potius supponitur, & praeviderit a Deo, ut applicans & determinans ipsam gratiam, quae de se indifferens est, & a voluntate creata determinabilis, ut docent Adversarii: Ergo talis determinatio non supponitur, nec praeviderit a Deo, ut causalitatis vel causalitatis a gratia, & ut ex auxilio Dei determinatio proveniens: sed ut ab ipsa voluntate nascens, & ex solis viribus liberi arbitrii procedens. Unde Suarez lib. 1. opusculorum cap. 15. sub finem ait: Quod creata voluntas, ex sola indifferenteria libertatis, potest auxilio indifferenti, actum inchoare, quando, & qualem vult, & in eo in eam tanquam in radicem proximam hanc determinationem recusat. Quibus verbis aperte fatetur, voluntatem creatam esse primum initium suae determinationis.

124 Confirmatur & magis illustratur haec ratio. Illa determinatio voluntatis, quae supernaturalis est, & initium fidei, ac justificationis, non potest praevideri a Deo, ut procedens & causalitatis, vel causalitatis, a gratia moraliter excitante, vel a gratia coefficiente: Ergo solus Deus potest praevideri, ut causalitatis, vel causalitatis ex viribus liberi arbitrii. Consequentia patet: Nam praeter illas duas gratias auxiliantes nullam aliam admittunt defensores scientiae mediae: respicit enim gratiam ex se efficacem, & physice praedeterminantem. Antecedens vero quantum ad utramque partem, probatur. In primis enim talis determinatio voluntatis, non potest praevideri a Deo, ut causalitatis per gratiam moraliter excitantem: quia juxta principia Ad-

versariorum, talis gratia subicitur libero arbitrio, & ab illo determinatur, & applicatur ad agendum; ac proinde illa non efficit determinationem liberi arbitrii, sed potius determinatio liberi arbitrii causat ejus efficaciam & usum.

125 Adde quod excitatio moralis, non est vera & realis efficientia, sed impropria tantum, & metaphorica, magis quae pertinet ad genus causae finalis, quam efficientis; mover enim solum objective, & exhibendo voluntati bonitatem, quae illam allicit & invitat ad consentum, non tamen revera efficienter influat in illum; ut constat in pueris, qui moraliter moventur & excitantur currentem, ostensione pomi, vel imaginis: nullus enim dicit talis objecti representationem esse veram & propriam causam efficientem cursus illius.

126 Probat etiam Antecedens, quantum ad secundam partem. Gratia coefficientis, seu concursus simultaneus ordinis supernaturalis, est indifferens, & modo indifferenti oblatu voluntati, & ab illa determinabilis, quantum ad speciem actus, ut docent Assertores scientiae mediae: Sed concursus indifferens, & determinabilis a voluntate humana, non potest causare ejus determinationem, sed potius ab ea determinatur: Ergo determinatio voluntatis ad credendum, non potest praevideri a Deo per scientiam medium, ut causalitatis ab illo per gratiam coefficientem.

127 Ex his impugnata manet communis responsio Adversariorum, qui dicunt talem determinationem procedere a libero arbitrio, non nude & solitarie sumpto, sed sub ipso auxilio gratiae constituto. Cum enim, ut jam ostendimus, neque gratia moraliter excitans, neque gratia coefficientis, quas illi tantum admittunt, talem determinationem causare possint; sed potius ab ipsa voluntate determinentur, & applicentur ad agendum; perinde est dicere, quod talis determinatio procedat a solo libero arbitrio, ac a libero arbitrio, sub tali auxilio gratiae constituto, illicque associato. Sicut quia albedo in manu, non est causa, sed principium coloris, impertinens omnino esset asserere, illum non procedere quidem a manu nude & solitarie sumpta, sed a manu ut albedine affecta, & illa informata.

128 Adde quod, Sempelagiani olim non negabant, consentium & determinationem voluntatis ad actus supernaturalis, procedere a libero arbitrio, sub adjutorio gratiae constituto, sed solum ab ipso gratiae auxilio: ut constat ex Epistola D. Prosperii sepissime citata, circa ejus finem, ubi dicit: Par omnium invenitur & una sententia, quae praedestinationem Dei secundum praesentiam recipere: ut ab hoc Deus alio vasa honoris, alios contumelias faceret, quia finem uniuscujusque praeviderit, et sub ipso gratiae adjutorio, in quo futurus esset voluntate & actione praesertit. Ecce voluntatem, seu voluntatis determinationem, & consentum, praevium non sine auxilio Dei, sed sub ipso gratiae adjutorio, postum a Sempelagianis, ut recte annotavit Joannes a S. Thoma, Tomo 1. in 1. part. disp. 20. art. 4.

129 Nec valet quod ait P. Annatus in libro de scientia media disp. 3. cap. 3. §. 2. hic appellari solum Joannem a S. Thoma quod dicitur quare de Sempelagianis, quae Prosperus Catholice Scripserit attribuit, Ambrosium, Hieronymum, & alios SS. Patres eodem involvunt, quae Sempelagianis pallia. Non valet, inquam, ut enim recte ait P. Baronius libro saepe citato, de libertate humana, & gratia divina disp. 2. sect. 2. §. 9. Illa reprehensa Joannis a S. Thoma, gravius reprehensione digna est: nam Massilienses hoc maxime nomine Augustinum arguebant; quod in his de gratia & libero arbitrio controversis, Antiquorum Patrum vestigia deseruissent quibus ipsi mortuus adhererent: ac proinde partem illam suam sententiam, quae praedestinatio Dei, secundum praesentiam recipitur, sicut ex Patribus vinctissimam jactant; & adversam Augustinum, quem ab illis dissentire dicebant.

130 Fallum est etiam quod Hieronymus & Ambrosius, praedestinationem secundum praesentiam meritorum admittunt: Immo potius Pelagianis, illos SS. Patres, ut libertatis destructores, & cum Manichaeis sentientes, calumniantur, ut de se refert D. Hieronymus in Epist. ad Orestionem, versiculo: Quod autem sursum deorum iudicium liberum arbitrium a nobis auferri: & de S. Ambrosio D. Augustinus, lib. 1. cont. Julian. cap. 4. his verbis: Quis novum diavane niteris meum, & Ambrosium facit, tacito ejus nomine, Manichaeum? Non ergo Joannes a S. Thoma, sed Franciscus Annatus, illos Sanctos Patres, eodem quo Sempelagianos pallio tegit, dum eis attribuit sententiam docentem praedestinationem ex praevitis meritis fieri: nam, ut ait profer initio ejusdem Epistolae, Massiliensium doctrinam reiores: Haec isorum definitio ac professio est. Omnem quidem hominem in Adam peccare peccasse, & nentem per opera sua, sed per Dei gratiam regeneratione salvum... Qui autem creditur fuit, quod in ea fide, qua deinceps per Dei gratiam sit servanda, mansuri sunt, praevisse autem mundi constitutionem Deum, & eos praedestinasse in regnum suum, quos gratis vocatos, dignos futurae electionis, & de hac vita, bene sine excessibus esse praesertit.

§. II.

Scientia media etiam favore videtur ac sternere viam alteri errori, quo Semipelagiani asserunt, predestinationem ad gratiam fieri ex provisione meritorum.

429 Probatur breviter: Predestinatio non solum ad gloriam, sed etiam ad gratiam, fit ex provisis meritis, si Deus in signo rationis antecedente decretum, quo eligit & predestinat homines ad gratiam, provideat merita ipsorum futura: Atqui data scientia media, Deus illa providet ut futura, in signo antecedenti decretum predestinationis ad gratiam: Ergo si detur scientia media, predestinatio non solum ad gloriam, sed etiam ad gratiam, fiet ex provisis meritis. Major videtur manifesta: Tum quia, cum inter actus divinos non detur alia prioritas, quam dependentia, se tenentur ex parte obiectorum, si predestinatio meritorum fit prior in mente divina, predestinatione ad gratiam, evidens est, quod illa pendet a tali predestinatione, ac provideat quod Deus non predestinat ad gratiam, nisi ex provisione meritorum. Tum etiam, quia si Deus in aliquo signo rationis, provisionem eligat hominem ad gratiam, videt illius merita futura, non potest non moveri intuitu ipsorum, ad dandum illi gratiam. Unde de hac ratione probant Adversarii, predestinationem ad gloriam fieri ex provisis meritis: quia scilicet ante decretum electionis ad gloriam, Deus per scientiam mediam providet merita hominum sub conditione futura. Minor vero probatur ex ipsis principiis Adversariorum. Nam in quocunque signo rationis aliquid verum est, in eo Deus illud providet, propter infinitam virtutem sui intellectus: Sed in signo rationis antecedente electionem Petri ad gratiam, altera ipsarum contradictoriarum, Petrus meretur, Petrus non meretur, est determinate vera, scilicet ista, Petrus meretur, ex suppositione quod in tempore debeat elicere actus meritorios: Ergo in signo rationis antecedente electionem Petri ad gratiam, Deus providet ejus opera meritoria.

430 Eadem ratione probari potest, ex scientia media sequi Christum esse provisis meritis fuisse predestinatum ad filiationem naturalem, sive ut sit Filius Dei in virtute, ut loquitur D. Paulus ad Roman. 1. Consequens est falsum, & erroneum: ut enim docet Augustinus de predestinat. Sancto, cap. 15. nullibi magis splendescit gratuita predestinatio, quam in predestinatione Christi, qua sublimitas est ad talem dignitatem, & electus ad filiationem naturalem: Quod ejus bonum (inquirit) qualemque predestit? quid egit ante? quid credidit? quid petiit, ut ad hanc ineffabilem excellentiam perveniret? Ergo, &c. Sequela autem Majoris probatur ratione jam adducta. In signo rationis antecedente decretum predestinationis Christi, una ex his propositionibus contradictoriis, Christus meretur, Christus non meretur, est determinate vera: scilicet ista, Christus meretur: Ergo in illo signo rationis, Deus cognoscit talem veritatem, & ipsa merita Christi futura, ac provideat non potest non moveri intuitu ipsorum ad ipsum predestinandum. Unde olim Ariani talem predestinatio usi sunt, ad suum errorem comprobandum, ut constat ex Epistola Alexandri Episcopi Alexandrini, ad alterum Alexandrum Episcopum Constantinopolitanum, qua habetur in Actis Concilii Niceni tom. 1. Conciliorum. Contententes enim Christum non esse Filium Dei per naturam, sed solum per gratiam electum fuisse ad eam dignitatem, & excellentiam: cum illis objiceretur, unde esset quod Sanctus Petrus aut Paulus, non fuerint similiter facti filii Dei, recurrebant ad predestinationem boni usus liberi arbitrii futuri. Tunc (inquit Alexander) omni excusa erga Deum pietate, ac reverentia, ajunt, Deum cum scientia & provisione preceperit neutiquam ipsum aspernaturum, sed eum amplexu elegisse &c. Quare Doctissimus Gaspar Ram, primarius Moderator Academiæ Oecensis relect. 2. de scientia conditionatorum, concl. 5. refert, primum scientiam media inventum ad Arianos, & ad Origenem lib. 3. Periarcho cap. 1. & 2. licet ibi non ita clare eam expresserit Origenes, sicut postea Mallianenses, & Faustus, qui in hac assertionem perpetuus fuit, nisi scientia exploraverit, predestinatio nihil decernit.

§. III.

Scientia media tollit a Deo rationem primæ causæ.

131 Patet hoc inconveniens ex supra dictis: ut enim articulo precedenti §. 4. & 5. ostendimus, Deus non potest esse prima causa futuritionis conditionate rerum contingentium, & ordinis ad existentiam sub conditione habendam, qui in ea includitur, & per quem futura conditionata a mere possibilibus distinguantur, nisi mediante aliquo decreto, subjective absoluto, & objective conditionato, quo voluntas divina determinet illis dare esse, si poneretur aliqua conditio, Atqui scientia

media talia decreta excludit: Ergo rationem primæ causæ a Deo tollit.

Neque hoc inconveniens effugiunt Adversarii, agnoscendo dependentiam conditionatorum a decreto futuro & ponendo, si poneretur conditio. Licet enim existentia rei conditionate futuræ, non sit præfens futuritionis tempore, ordo tamen ad illam præfens est, ut docet D. Th. q. 12. de verit. art. 10. ad 2. & causæ secundæ inclinationem & ordinationem de facto habent, ad causandum effectum qui est conditionate futurus. Item veritas objectiva de tali futuro, præfens est futuritionis tempore: nec manet suspensa, & a conditione pendens, sicut ipsa futuritio: unde cum talis ordo ad existentiam, & veritas illa objectiva, que non est naturalis & necessaria, sed libera & contingens, exigat aliquam causam actualem & presentem, non potest salvari in Deo ratio primæ causæ, nisi in illo admittatur decretum aliquod conditionatum, actuale, & exercitum, nec scilicet futurum; seu ponendum, si poneretur conditio, ut supra ostensum est.

Addo, quod cum decretum illud conditionate futurum, & ponendum, si poneretur conditio, ad quod recurrit Adversarii, non sit prædeterminans, sed pure indifferens, & a voluntate creata determinabile, quantum ad speciem actus; & determinata futuritio rerum contingentium, & actuum nostrorum liberorum, in illud, ut in primam causam reduci nequit: nam ut ait D. Thomas 3. contra Gentes c. 2. Quod indifferenter se habet ad multa, non magis unum operatur, quam aliud.

Addo etiam, quod cum juxta Adversarios concursus creatas determinet divinum, & determinans, prioritate scilicet nature, debeat precedere determinabile, concursus creatus aliquo modo precedit divinum, & consequenter illius causalitatem sub aliqua ratione subterfugit; prius enim non dependet a posteriori tamquam a causa.

Infra etiam ostendimus, scientiam mediam eximere a divina causalitate determinationem voluntatis humane, que est aliqua entitas, vel saltem modus & formalitas entis: Sed causalitas causæ primæ debet esse universalissima, & se extendere ad omne ens, & modum, aut formalitatem entis, ut docet D. Thom. 1. Perihomen. lect. 14. ubi ait: Voluntas divina est causa quædam profunden totum ens, & omnes ejus differentias. Et D. Augustinus 1. Confess. cap. 6. ubi docet supremum Dei in res omnes dominum, ex eo fluere quod usque ad eorum fundum, id est ultimum essentia gradum effector fit: Ergo scientia media tollit a Deo rationem primæ causæ.

§. IV.

Scientia media tollit a Deo rationem primæ liberi.

132 Probatur primo: Primum liberum debet esse causa non solum remota & mediata, sed etiam proxima & immediata, totius libertatis creata & participata; sicut primum ens debet immediate causare, & efficere omnem entitatem, & existentiam creatam, & participatam a rebus, primum enim in quolibet genere, debet esse causa ceterorum: At scientia media subtrahit a Deo rationem causæ proximæ & immediate, respectu libertatis creata & participata; implicat enim liberam determinationem nostre voluntatis, causari a decreto indifferente, & determinabili a voluntate creata, quantum ad speciem actus, quale admittunt Assertores scientiæ mediæ: Ergo illa tollit a Deo rationem primæ liberi.

Probatur secundo, Primum liberum debet esse primum eligens, & primum determinans; eligere enim & determinare est proprius actus libertatis: At scientia media tollit a Deo rationem primæ eligentis, & primæ determinantis; cum supponat electionem & determinationem voluntatis humane, conditionate futuram, ante omnem electionem, seu ante omne decretum actuale & exercitum voluntatis divine: Ergo scientia media tollit a Deo rationem primæ liberi.

Confirmatur: illa causa prius eligit & prius determinat, que per se primo attingit in effectu, aliquam rationem priorem & nobiliorem illa que ab altera attingitur: At juxta principia Adversariorum, voluntas creata in suis effectibus & operationibus attingit aliquam rationem priorem, & nobiliorem ea que per se primo attingitur a Deo: Ergo illa prius eligit & prius determinat. Major est evidens: cum enim causa & effectus sint correlativa, judicandum est de prioritate & de posterioritate causarum, secundum prioritatem, vel posterioritatem effectuum. Minor vero probatur. Juxta doctrinam Adversariorum, voluntas creata attingit per se primo in actu & effectu quem producit, rationem specificam, & determinat Deum ad illam; Deus vero per se sum concursum attingit per se primo rationem individualem, & determinat voluntatem ad elicendum hanc numero operationem, vel producendum hanc effectum in individuo: Sed in quolibet actu & effectu, ratio specifica est prior, & perfectior individuali; cum

§. VI.

Scientia mediæ derogat divini omnipotentis, ac curantis efficaciam gratiæ.

133 Probatur primo: Juxta principia Adversariorum, Deus servata libertate arbitrii nostri, non potuit promittere Abraham filios spirituales, per fidem & conversionem Gentium, ex facultatibus & thesauris suæ omnipotentis: sed solum ex præsupposita scientia media, qua noverat, quod iste vel illæ Gentes, tali tempore vocata ad fidem, creditur essent: vocata, inquam, æquali vocatione externa & interna: immo forte minori, quam illæ Gentes, que non crederent. Sed hoc multum derogat divini omnipotentis, & enervat efficaciam divini gratiæ: Ergo & scientia media. Major patet. Minor probatur. Juxta hunc dicendum modum, quod Deus promissionem ample propter potuit, non provent tamquam a prima radice ab ejus omnipotentia, sed a potestate, & determinatione liberi nostri arbitrii: nisi enim hæc præsupponeretur a Deo provisa per scientiam mediam, Deus ex tota sua omnipotentia, & ex virtute auxiliorum gratiæ, qua ab illa proveniunt, talen promissionem facere, aut certe adimplere non potuisset: cujus oppositum expresse docet Augustinus cap. 10. de prædest. Sanctorum, his verbis: Quando ergo promissit Deus Abraham fidem Gentium, non de nostra voluntate potestate, sed de sua predestinatione promissit: promissit enim quod ipse scilicet fuerat, non quod homines. Quia esse faciunt homines bona que pertinent ad colendum Deum, ipse tamen facit ut illi faciant que preceptis non illi faciunt, ut ipse faciat quod promissit: aliqui ut Dei promissa compleverunt, non in Dei, sed in hominum esse potestate; & quod a Domino promissum est, ab ipse reddidit Abraham. Non autem sic creditur Abraham, sic creditur donum gloriam Deo, quoniam qui promissit potens est facere. Non est prædicere, non autem præscribere, nam & aliter facta potest prædicere, argue prædicere, sed uti potens est et facere; ac per hoc facta non aliter, sed facta. Quibus verbis clarissime docet, certitudinem, & infallibilitatem illius promissionis, non esse desumendam ex divina presentia explorante consensum voluntatis humane, sed ex divina omnipotentia, & ex virtute & efficaciam gratiæ, determinantis, & applicantis voluntatem ad operandum. Item docet Epist. 105. sic discurrens: Quod promissit Deus, non facit nisi Deus: habet namque aliquid præsentis & certitatis, ut homo promittat, & Deus facit: ut autem homo se facere dicat, quod promissit Deus, superbia impietatis est reprobus sensus. Viendum est etiam de corrupte & grat. cap. 12.

Dices, scientiam mediam non derogare divini omnipotentis, nec efficaciam gratiæ, quia per illam, consensum voluntatis nostre non praevidetur futurus, independente a gratia, sed dependente ab illa: & sub conditione quod illa detur, vel offeratur homini, in tali vel tali occasione.

Sed contra: Ille consensus non ponitur a scientia media, nec praevidetur ab illa, ut proveniens a determinatione gratiæ, infallibiliter agens, & inclinans ad illum, sed ponitur ut determinans ipsam gratiam, que de se indifferens est, & per consensum a libertate ortum, & non a Deo prædestinatum & prædestinatum, auxilium ipsum determinatur, & redditur efficaciam; & sic non praevidetur consensus, ut ab omnipotentia Dei, ejusque gratiæ, & auxilio determinate proveniens, sed sub ipso adjutorio illi oblato, & libertate nascens: sicut olim asserabant Semipelagiani, ut refert D. Prosper versus finem Epistola ad Augustinum, cujus verba supra §. 1. retulimus: Ergo scientia media derogat divini omnipotentis, & tollit efficaciam gratiæ. Consequentia patet, ut enim dicit Fulgentius libro de Incarnat. & gratia. cap. 29. Quomodo Deus omnia que vult facit, si volens hominem salvum fieri, eum salus non nisi a bona incipit voluntate, ipsum velle non in homine inchoat, sed ut ab homine nascatur expectat? Quam pessimum nefas asseritur, dum gratia Dei contumaciter repugnat, & homines opera Dei se in bonum mutari negant, qui homines non essent, nisi bonitate Dei operantis existens: itane vero verum verum eredi putarive permittitur, ut Deus qui Creator est hominis, valeat hominem facere, non mutare; & qui nullius eget adjutorio, ut hominem faciat, operari tamen quod vult in hominis voluntate non possit, priusquam in homine ipsam velle repererit? Hinc, inquit, innotuit, & a fidelibus suis accet, & ab infidelibus asserat Deus.

Dices rursus, Quamvis Deus sit omnipotens, non potest tamen facere aut velle impossibilia: unde cum impossibilia sit illum obtinere & causare liberum consensum creaturæ, per aliquid physico prædeterminans, & antecedens prioritate nature determinationem voluntatis creata, a divini omnipotentis nequaquam derogatur, dicendo quod Deus nihil possit certo statere ac definire, circa actus nostros liberos, priusquam per scientiam mediam exploraverit, ac praevideri liberum voluntatis humane consensum.

omni primæ constituat essentiam rei, secunda vero sit extra ejus naturam & quidditatem: Ergo juxta principia Adversariorum, voluntas creata attingit in suis actibus & effectibus, aliquam rationem priorem, & nobiliorem ea quam Deus per se sum concursum attingit.

§. V.

Scientia media tollit a Deo supremum dominium in nostris voluntatibus.

134 Probatur. Ille qui habet supremum dominium in re aliqua, potest ea uti, tanquam applicare ad quodcumque voluerit, quomodocumque voluerit, & quancumque voluerit; in hac enim potestate utendi, consistit jus dominativum, ut docent Theologi & Jurisperiti: unde quia voluntas est regina & domina ceterarum potentiarum, & caritas aliarum virtutum, eas movent & applicant ad suos actus elicendos. Ergo si Deus non possit applicare voluntates nostras, ad libere volendum quidquid ipse voluerit eas velle; sed prius explorare debeat, & praevidere per scientiam mediam, quid illæ ex innata libertate sint volituras; nec possit illarum determinationem & consensum prædefinire, & causare, tamquam primum liberum, & primum determinans; sed illam ab ea debeat expectare, & veluti emendicare, ac precario obtinere, manifestum est, quod non habebit supremum, & periclitum, ac regale dominium in voluntates nostras, & periclitum tantum & civile, quale Maritus habet in uxorem, vel Consul, aut Magistratus in populum. Hoc autem repugnat Scripturæ & SS. Patribus: dicitur enim Proverbia 21. Sicut divites aquarum, ita cor Regis in manu Domini: quocumque voluerit, vertet illud. Quibus verbis Scriptura significat, cor Regis, quod inter omnia corda maxime liberum esse debet, ita esse sub manu & potestate Dei, & sub dominio ipsius; qualiter sunt aquæ sub manu hortulani; quas derivat & dividit quomodocumque voluerit: ita quod facta aquæ non resistunt diviſioni, que manu hortulani fit, ita nec cor Regis, Deo efficaciter illud moventi. Unde sepe docet Augustinus, Deus habere cordium inclinandum omnipotentissimum potestatem. Illum magis habere in sua potestate voluntates hominum, quam ipse homines. Deo volenti saluum facere, nullum humanam resistere arbitrium, illumque de ipse hominum voluntatibus facere quod vult, & quando vult &c.

140 Confirmatur magis illustratur hæc ratio. Sicut Rex ille vel Dominus, non habet perfectum & supremum dominium in servos, vel in subditos, qui non possent eis quiddam præcipere vel imperare, nisi quod prævideret, & præciperet illis sua sponte, & propria inclinatione voluntatis; sed qui non possent eos ad suam potestatem se accommodare: tunc enim talis Rex vel Dominus, potius faceret voluntatem subditorum & servorum, quam ipsi subditi & servi voluntatem Regis vel Domini. Ita similiter, Deus non habebit perfectum dominium in voluntates hominum, si non possit quiddam decernere, ac definire circa nostros actus liberos; nisi quod præciperet, & prævideret per scientiam mediam; vel homines ex innata libertate volituros; nec operatur omnia, juxta consilium voluntatis sue; ut dicit Apostolus sed potius secundum præscientiam; & provisionem voluntatis nostre, ut olim dicebat Paulus. Certe si Superioris in Religione, nihil aliud possent præcipere subditis, quam quod præviderent eos propria sponte, & inclinatione naturali esse volituros, facillimum esset illis obtemperare, nec magna esset illorum auctoritas, & parvum ac fere nullum obedientie meritum foret. Unde Bernardus Serm. de tribus ordinibus Eccl. Quisquis vult aperte vel occulte satagere, ut quod habet in voluntate, hoc et spiritualis Pater injungat, ipse se faciat, si forte quasi de obedientia blanditur, neque enim in eorum ipse prælati, sed magis et prælati obedi.

141 Confirmatur amplius: In sententia Adversariorum verificari non potest id quod dicit Augustinus, Deum scilicet magis habere in sua potestate voluntates hominum, quam ipsi homines: Ergo illa contradicere Augustino, & tollit supremum & regale dominium; quod Deus habet in voluntates nostras. Consequentia patet. Antecedens probatur. Homines ratione perfecti domini quod habent in suos actus, possunt se libere determinare, & de facto se libere determinare, ad quod voluerint, quando voluerint, & ubi voluerint: Ergo si Deus non possit, sine scientia libertatis, applicare, & determinare voluntates hominum; ad quod voluerit, & quando voluerit; sed debeat per scientiam mediam explorare futuram consensum voluntatis humane, ac expectare, & querere occasiones, & opportunitates temporis, loci & circumstantiarum, quod non ita habebit in sua potestate voluntates hominum, ac ipsi homines.

Sed contra: Cum omnis causa debeat esse prior saltem natura & causalitate suo effectui, tantum abest quod sit impossibile Deum obtinere & causare liberum consentium, ac determinationem nostre voluntatis, per aliquid illam prædeterminans, etiam antecedens prioritate nature; quin potius repugnet, & implicet contradictionem, quod aliter eam causet ac efficiat, quam per influxum prævium, & prædeterminantem. Unde si Deus talem determinationem & consentium voluntatis humana obtinet per scientiam mediam, explorantem, ac expectantem circumstantias, occasiones, & opportunitates temporis, & loci & exhibendo concursum tantum indifferentem, & a voluntate creata determinabilem; illum non obtinebit, causando & efficiendo, sed eum expectando & veluti emendando a voluntate creata: quod multum derogat ejus omnipotentia, & efficacia gratia; ut enim cecinit D. Prosper in carmine de ingratia cap. 15.

*As vero omnipotens hominem cum gratia salvat, ipsa suam consummat opus, cui tempus agendi semper adeat, quæ gesta velit; non maribus illi fit mora, non causæ acceptæ suspenditur ulli: Nec quod sola potest, cura officioque ministri exequitur, famulatur vicem committit agendi.*

Secundo principaliter arguitur, supposita scientia media de aliquo conditionato, verbi gratia de conversione Petri futura, si ponatur in his vel illis occasionibus & circumstantiis: vel potest divina voluntas,stantibus adhuc illis conditionibus, velle oppositum, vel non potest id velle? Si possit velle oppositum, illa scientia non erit infallibilis, quia adhuc relictæ consideranda voluntas divina, a qua poterit impediri talis conversio, & cessari seu evacuari veritas objectiva hujus futuri conditionati. Si vero posita illa conditione, & cognita per scientiam mediam determinatione voluntatis Petri, conditionata futura, Deus non possit oppositum velle, pro illo statu conditionato, diminuta est divina omnipotentia, & libertas divine voluntatis, circa tale objectum, & circa omnes alias combinationes liberæ conditionatas; & aliquid est possibile, & liberum voluntati creata, quod non est possibile nec liberum voluntati divine: voluntas enim creata, sub illis occasionibus & circumstantiis, prævidetur se determinatur ad unam partem, cum possibilitate & libertate se determinandi ad aliam.

Confirmatur & magis illustratur hæc ratio. Dicere aliquid esse, vel fore liberum, & impedibile a voluntate creata, & non a divina, vixit in præjudicium omnipotentia, & libertatis divine; Sed potentia Petri, sub illis occasionibus & circumstantiis, in quibus per scientiam mediam prævidetur conditionata futura, est libera voluntati Petri, & ab ea impedibilis, ut constat. Ergo si illa non sit etiam libera voluntati divine, & ab illa impedibilis, omnipotentia Dei, ejusque libertati derogatur: Sed juxta principia Adversariorum, talis conversio, neque est Deo libera, nec ab illo impedibilis: Ergo &c. Minor subsumpta præbatur. Et in primis quod talis conversio, juxta principia Adversariorum, non sit Deo libera, videtur manifestum, cum illa sit prior omni decreto actuali & exercitio voluntatis divine: & cum scientia media, quæ creata illam versatur, non sit libera ex parte subjecti, sed tantum ex parte objecti, ut docent ejus Assertores. Quod etiam illa non sit a Deo impedibilis, patet ex dictis, & currit argumentum supra positum: si enim posset a Deo impediri, posset per voluntatem divinam scientia media falsificari; & sic ante divinæ voluntatis decretum, non erit infallibilis talis scientia, nec necessario competens Deo, sed dependenter a voluntate sua libera. Quare ex positione scientia media, vel diminuitur potentia divina, ejusque supremum dominium ac perfecta libertas, circa res conditionate futuras, aut redditur incerta & fallibilis illa scientia. Concludo igitur, (Amice Lector) & rogo te cum Augustino lib. 1. operis imperfecti n. 50. Ne ita de his angustiis excessu, ut fidei caput perdas, quæ fidei primitivæ in simbolo consistunt, credere nos in Deum Patrem omnipotentem.

§. VII.

*Scientia media attribuit Deo modum concurrendi cum causis liberis, cæcis, & ignorantibus, vagum, & indeterminatum.*

Robatur breviter: Quando Deus cognoscit per scientiam mediam, rem sub conditione futuram, debet supponere modum agendi sui, & creaturæ: quandoquidem non potest supponi, nec cognosci res, ut absolute, vel conditionate futura, nisi supponatur habere omnia, quæ sunt, vel essent necessaria ad existendum; ac proinde concursum causæ primæ, sine quo nulla potest poni actio causæ secundæ, quæ cum sit aliquid ens per participationem, necessarium, & essentialiter dependet ab ente per essentiam: Atqui modus ille concurrendi Dei, præsuppositus a scientia media, cæcus est, ac ignarus, vagus, confusus, & indeterminatus: Ergo scientia media Deo modum

concurrendi cum causis liberis cæcum se ignorantem assequitur. Major patet. Minor probatur: Modus ille agendi, est concurrere per concursum indifferentem, & sine intentione & volitione alicujus actus, & effectus particularis, cum sola intentione generali agendi quod volat creatura, quodcumque illud sit, five bonum five malum, five amorem, five odium &c. Sed hoc est concurrere cæcum & ignorantem modo, vage, & confuse, & quasi in incerto, quæ fere modo quo piscatores, qui mittunt retia in mare, vel in flumen, ignorant quos pisces apprehendent, & in suis retibus concludunt: an Soleas, vel Rhombos, Thyunos, aut Salmones &c. Ergo scientia media attribuit Deo modum concurrendi cum causis liberis, cæcum, & ignorantem, incertum, & indeterminatum.

Dices cum Suarez lib. 1. de concursu Dei c. 15. Decretum Dei de concurrendo cum causis liberis, dirigi per scientiam mediam, quæ Deus prævidet distincte & in particulari, quem actum voluntatis creata elicitor sit, in his occasionibus & circumstantiis occurrentibus præbeat illi suum concursum.

Sed contra: Hic non agimus de concursu causæ primæ subsequente ad scientiam mediam, sed de illo quæ talis scientia in signo rationis eam antecedenti, in Deo supponit, cum enim sit speculativa, supponit suum objectum, & omnes essentialia dependencias ad illius existentiam requisitas; subindeque concursum causæ primæ, seu decretum & voluntatem concurrendi cum causis secundis: Sed modus ille concurrendi, præsuppositus a scientia media, est cæcus, & ignarus, vagus, & indeterminatus; quia exhibetur a Deo causis liberis, per vagam quamdam, confusam, & generalem applicationem suæ omnipotentia, ad concurrendum cum voluntate creata ad quodcumque voluerit, & nullum tunc intendendo aut cognoscendo actum in particulari. Ergo modus ille concurrendi cum causis liberis, multum derogat perfectioni divine providentiæ, quæ non debet tendere ad nostros actus liberos in communi, vage, & indeterminate, sed circa illos in individuo, distincte, & in particulari versari: ut docet S. Thomas 3. cont. Gent. c. 89. ubi impugnat errorem Origenis & aliorum, qui non intelligentes (inquit S. Doctor) qualiter modum voluntatis Deus in nobis causare possit, absque præjudicio libertatis, dicunt, quod providentia non est de his quæ subsunt libero arbitrio, scilicet de electionibus.

Confirmatur & magis illustratur hæc ratio: Juxta sententiam defensorum scientia media, sunt distinguendi duo modi concurrendi causæ primæ cum secundis: unus cæcus & ignarus, casualis, & nullam ad aliquem effectum ad scientiam mediam, & fortuitus, qui præsupponitur quod divina voluntas & omnipotentia ad aliquem effectum in particulari producendum dirigatur, supponit, sed modo quodam vago, & quasi in incertum, tendit in actum voluntatis humane, nimirum ad quodcumque voluntas creata elegerit & voluerit: alter vero prudens & sapiens, ac supponens prævisionem scientia medię, & cum deliberatione & intentione effectus particularis: quod nihil absurdum dici potest, nam juxta hunc modum dicendi, Deus perinde se habet, ac si quis fugitum equestris, aut machinam bellicam vellet dispendere per cæcos meatus, & dubius quo tendat, quidvis ea via attingat, nisi per fenestram exerto capite id exploret; sicut enim talis exploratio & cognitio subsequens, non impedit quin emissio illa sagitte, vel globi, modo quodam cæco & ignorantia facta esset, nullumque intendendo scopum in particulari: ita cognitio & exploratio scientie medię, non impedit, quin in signo illam antecedenti, modus quidam agendi & concurrendi cum causis liberis, cæcus, & ignarus, vagus, & indeterminatus (utpote sine cognitione & intentione effectus particularis) Deo attribatur.

§. VIII.

*Scientia media assignit Deo modum cognoscendi actus liberos nostre voluntatis, conditionate futuros, confusum, & indeterminatum.*

Hoc inconveniens & absurdum, manifeste sequitur ex doctrina Adversariorum: docent enim voluntatem nostram, cum eligit hoc objectum potius quam aliud, non determinare seipsum ad hunc numero actum, potius quam ad alium, sed ad hunc numero actum determinari a causâ primâ. Ita Suarez in Metaphysica disp. 5. sect. 5. n. 7. ubi mutat sententiam quam tenuerat in 3. part. Idem repetit disp. 22. sect. 1. num. 13. & sect. 4. num. 5. & 35. & in opusculis, libro 1. de concursu Dei cap. 12. num. 11. & libro 1. de gratia prolegom. 2. cap. 8. num. 16. Idem tenet Heiric Tract. 1. disp. 7. cap. 11. num. 84. & alii Recentiores communiter. Ex quo patet, quod cum Deus in illo signo, in quo Adversarii ponunt in Deo scientiam mediam, nihil suo decreto circa actus liberos voluntatis nostre, absolute, vel conditionate futuros, determinaverit; nequit illos per scientiam mediam videre in individuo, sed solum in specie. A quo enim in tali signo essent deter-

determinati in individuo? Non a voluntate creata, quæ in Adversariorum doctrina, non determinat suos actus quantum ad individuum, sed solum quantum ad speciem. Nec a voluntate divina, cum enim illa in eo priori (ut dixi) nullum habeat, nec concipiatur habere decretum circa nostros actus liberos, illos quantum ad individuum determinare non potest. Non videt ergo Deus per scientiam mediam actus illos cum determinatione individuali, sed tantum quantum ad speciem: Atqui cognoscere aliquid objectum, quantum ad speciem tantum, & non in singulari & individuo, est cognoscere illud confuse, obscure, & indeterminate, ut patet dum quis videt hominem a longe venientem: licet enim cognoscat illum esse hominem, & non equum, vel leonem; si tamen ignoret, an ille sit Petrus, vel Joannes, vel Jacobus, talis cognitio confusa, obscura, & imperfecta censetur: Assurgunt ergo Deo Adversarii modum cognoscendi per scientiam mediam actus liberos nostre voluntatis conditionate futuros, imperfectum, obscurum, confusum, & indeterminatum, subindeque Deum exoculatum, ejusque infinitam scientiam penitus destruunt: ut enim egregie dicitur S. Doctor lib. art. 11. in calce corporis articuli: *Cum Deus sciat alia a se per essentiam suam, in quantum est similitudo de verum; vel ut principium actuum earum, necesse est quod essentia sua sit principium sufficienti cognoscendi omnia quæ per ipsum fiunt, non solum in universali, sed etiam in singulari.* Quam rationem Iulius expendit articulo sequenti, ubi sic ratiocinatur: *Cognitio cuiuslibet cognoscens se ascendit secundum modum forme quæ est principium cognitionis, specie enim sensibilis quæ est in sensu, est similitudo solum sensus individualis, unde per eam solum individuum cognosci potest, species autem intelligibilis intellectus nostri, est similitudo rei quantum ad universalem speciem, quæ est participabilis a particularibus: hinc patet, unde intellectus nostre, per speciem intelligibilem hominis, cognoscit quodammodo homines, etiam intelligit, sed tantum non in quantum distinguuntur ab invicem, sed secundum quædam communia in natura speciei, propter hoc quod species intelligibilis intellectus nostri, non est similitudo hominum, quantum ad principia individualia, sed solum quantum ad principia speciei. Efficitur autem divina, per quam intellectus divinus intelligit, est similitudo sufficienti omnium quæ sunt vel esse possunt, non solum quantum ad principia communia, sed etiam quantum ad principia propria, utriusqueque, ut ostenditur est. Unde sequitur quod scientia Dei se extendit ad infinita, etiam secundum quod sunt ab invicem distincta. Fictitia ergo & chimerica est scientia media, quæ, juxta Adversariorum principia, actus liberos voluntatis nostre, conditionate futuros, solum in communi, & quantum ad rationem specificam, non vero distincte, & in particulari, seu quantum ad rationem individualem, explorare & cognoscere potest.*

§. IX.

*Scientia media apparetur solum favore libertati, re ipsa tamen illam tollit, & in suo primo principio præfatur & exstringit.*

Robatur primo argumento ad hominem, desumpto ex ipsis principis Adversariorum. Illa scientia tollit libertatem quæ supponit res esse futuras, ex vi & natura oppositionis contradictoriæ: Atqui scientia media hoc supponit: Ergo libertatem tollit. Major constat: cum enim oppositio contradictoria, sit causâ necessaria, necessitate absoluta, utpote fundata in illo primo principio, quodlibet est, vel non est, quo nihil potest esse, vel concipi magis necessarium, in quoque ad illam consequens, & ex illa proveniens, non potest esse libera & contingens, sed naturalis tantum & necessaria. Minor vero probatur: Assertores scientie medię, supponunt & docent, propositiones contradictorias de futuris contingentibus, non solum conditionatis, sed etiam absolutis, habere determinatam veritatem vel falsitatem, ratione oppositionis contradictoriæ; ut supra art. 5. §. 4. retulimus ex Patre Martino, qui id aperte profiteritur, cum ceteris Societatis Doctoribus: Ergo cum veritas objectiva futurorum contingentium, supponat illorum futuritionem, immo fit ipsa futuritio rei contingentis, ut objecta intellectui divino; & ab ipso cognita, vel cognoscibilis, manifestum est, juxta Adversariorum principia, determinatam futuritionem rerum contingentium ex vi & natura oppositionis contradictoriæ provenire.

Robatur secundo: Nullus actus bonus, potest esse, vel concipi ut liber, per ordinem ad voluntatem creatam, qui non sit & concipiatur liber, per ordinem etiam ad voluntatem divinam; alioquin illa non esset primum liberum nec voluntas creata in suis actibus liberis, esset ipsi essentialiter subordinata: sed converso Petri v. g. in eo signo in quo prævidetur per scientiam mediam, ut conditionate futura, non potest esse, vel concipi ut libera, per ordinem ad voluntatem divinam: Ergo neque per ordinem ad voluntatem creatam. Major constat: Minor autem probatur

dupliciter. Primo quia in eo signo, in quo scientia media prævidet conversionem Petri, ut conditionate futuram, nullum datur, nec concipitur in voluntate divina, decretum actuale & exercitum, quo Deus libere determinet convertere Petrum, ex hypothesi quod in his occasionibus & circumstantiis constitatur: Ergo talis conversio, in eo signo non potest esse, vel concipi ut libera, per ordinem ad voluntatem divinam. Consequentia patet: libertas enim voluntatis divine non exercetur nisi mediante libero decreto actuale, & exercito: Ergo si in tali signo, tale decretum non datur, nec concipitur in Deo, in ordine ad conversionem Petri, illa non potest nec concipi ut libera, per ordinem ad voluntatem divinam.

Secundo probatur eadem Minor: Si talis conversio conditionate futura, in eo signo esset, & conciperetur ut libera, per ordinem ad voluntatem divinam, scientia quam Deus habet, illa esset omni ex parte libera, id est non solum ex parte objecti, sed etiam ex parte subjecti, & sic non esset scientia media, quæ (ut docent ejus defensores) partim libera est; & partim necessaria, & medium tenet locum inter scientiam simplicis intelligentiæ, & visionis, ac de utraque participat.

Probatur tertio: Primi liberi libertate destruita, libertas creata subsistere nequit: At scientia media tollit libertatem primi liberi. Ergo & libertatem creatam evertit. Major constat. Minor probatur dupliciter. In primis enim, quod non proponit voluntati divine objectum cum indifferentia ad essendum, vel non essendum, libertatem divinam tollit: At scientia media non proponit voluntati divine actum voluntatis creata, cum indifferentia ad essendum, vel non essendum. Ergo tollit libertatem divinam. Major est certa: libertas enim voluntatis, supponit in intellectu indifferentiam objectivam judicii. Minor vero probatur: Conversio enim D. Petri v. g. non fuit proposita voluntati divine, per scientiam mediam, cum indifferentia ad essendum, vel non essendum, in talibus circumstantiis, sed ut determinata tantum ad hoc ut esset, illaque determinatio præcessit omnem actualem libertatem divinam, nam prius cognoscitur voluntas creata operatur determinate, hinc specie actum, quam cognoscatur Deus cum determinate volutus; neque illum signum assignari potest ab Assertoribus scientie medię, in quo non sit Petrus se determinaturus ad talem operationem.

Secundo probatur Minor principalis. Libertas consistit in potestate expedita ad actum, ejusque negationem: At supposito quod Deus sciret, & prævideret per scientiam mediam, me in tali occasione vocationi non responsurum, non esset expeditus ad actum oppositum, nec esset in illius potestate, in tali occasione, a me extorquere consentium, quæ impotentia proveniret ex aliqua suppositione illi non libera, ex prævisione scilicet mei dissentis futuri: Ergo non esset liber, nec gauderet libertate supra, per ordinem ad consentium voluntatis creata: contra illud Augustini de corrept. & gratia c. 14. *Magis habet Deus in sua potestate voluntates hominum, quam ipsi sunt.*

Confirmatur & magis illustratur hæc ratio. Ex eo quod libertas physica promotione ad actum amoris, quæ est aliqua suppositio nobis non libera, & independens a voluntate creata, non possumus componere negationem amoris. Adversarii inferunt hanc libertatem creatam respective ad amorem: At suppositio scientie medię, quæ Deus videt me sub conditione non consenturum, non est Deo libera, utpote antecedens decretum actuale & exercitum divine voluntatis; & ex hac suppositione redditur impotens ad causandum consentium: Ergo quod non causat talem consentium, non est Deo liberum, sed necessarium necessitate lædente illius libertatem. Patet Consequentia: non minus enim requiritur ad hoc ut negatio sit libera, potentia proxima, expedita ad actum negationis oppositum, quam ut actus sit liber, potentia proxima, expedita ad ejus negationem.

Confirmatur secundo. Juxta principia Adversariorum, quod antecedenter se habet ad libertatem, & eo postio, non potest non sequi effectus, tollit libertatem: Sed prævisio mei futuri dissentis, antecedenter se habet ad libertatem divinam, cum sit prior decreto, quod est libera determinatio divine voluntatis, & supposita tali prævisione, Deus non potest a me extorquere consentium: Ergo talis prævisio libertatem divinam evertit, & consequenter humanam, quæ sine divina stare non potest, sicut necivulus sine fonte, nec radius sine sole.

Dices: Ex suppositione quod Deus me videat non amantem, quia non dedit physicam promotionem, non potest me prædeterminare ad amorem; & tamen, ut docent Thomistæ, hæc necessitas non est antecedens, obians libertati, sed consequens, cum illa composita: Ergo quod Deus ex suppositione quod videat me sub conditione vocationi suæ non respondentem, non possit meum extorquere consentium, non arguit necessitatem antecedentem libertati contrariam, sed tantum consequentem cum ea compositam.

Sed nego Consequentiam, & paritatem. Ratio discriminis est

